

### BECERRO DE BENVIVERE: THIRD PART

CONTAINING THE "VIDA DE EL SEÑOR DIEGO MARTINEZ SALVADOR  
FUNDADOR DE BENEVIVERE LLAMADO EL SANTO."  
(S. XVI cursive.)

The Archivo Histórico Nacional contains among its treasures two MSS. with the same signature 927—B, one of which bears the additional name of Becerro de Benevvere (or Bembivere). My attention was called to it by a learned note in J. Amador de los Rios, *Historia critica de la Literatura Española*, tom. II, p. 249, note 1, where after mentioning the existence of several Latin poems on Spanish subjects he adds: "no siendo menos notable el *Poema de Benevvere*, en que se celebra la fundacion de este monasterio por don Diego Martinez de Villa Mayor, obra debida á Pascasio, primer abad de dicha casa. Guárdase este raro monumento en la Real Academia de la Historia entre otros códices, traídos de Benevvere; y carece de principio, tratándose en el cuerpo del poema de las virtudes de don Diego, su valia, su poder, y su piedad; y narrándose la fundacion, dotacion, elección de abad, y confirmacion apostolica, amonestase por ultimo á seguir honesta y santa vida, dándose noticia de la cristiana muerte de don Diego, de la adopcion que hace Alfonso VIII del monasterio y de la visita, con que le honra y favorece." None of the books to which I have access state when this *fondo* was transferred to the *Archivo*.

The MS. in question is not a true Becerro at all, but merely contains a series of works written at or about that Convent.

Part I. *Joannes de Vxigualle Apostolicus bibliothecarius in laudem sacri canonici ordinis* (B. was a convent of Canons Regular) *et de ipsius ortu et monachorum. s. XVI*, bound in parchment, four quires of paper, twelve leaves to a quire, all unnumbered and unsigned, measures mm. 144 X 100.

Part II, a work ascribed to Paschasius, abbot of Benevvere, about A.D. 1200; 189 leaves of parchment, in quires of six or eight leaves, with rubrics and hyphens. This work interesting in many ways says fol. 11 Ro. in red letters: *Incipit liber .II. consuetudinum ecclesie beate marie debeneuiuere. Qualiter hīj de seculo ad conuer-*

sionem uenire desiderant inmonasterio recipiendi sunt uel instruendi.

Part III consists of 19 leaves of parchment plus another (9 bis) only one side of which contains any text; in disorder and with only one indication of former quire numbering, without running title; has rubrics and some large red initials. Fols. 1-14 contain the unpublished "Poema de Benevivere," while the remainder of the MS. contains chiefly a Castilian version of the Statutes of the Order of Santiago whereof D. Diego was Grand Master, see the last p. of the complete text.

As for the earlier history of this MS. and its abiding place I can merely quote Antonio, *Bibliotheca Veteris*, second ed., Tom. II, p. 28, section 106. "Sub eodem floruit PASCHASIUS primus abbas monasterii canonicorum regularium S. Mariae de Bene-vivere dioecesis Palentinae, qui distichis latinis non omnino incultis conscripsit *Vitam Didaci Martinez de Villamayor* huiusc monasterii fundatoris, viri nobilissimi & optimi. Ea latet, nec proripuit se hactenus è curiosorum manibus, cuius carmina aliqua leguntur in libro D. Iosephi Pellizerii ita nuncupato: *Informe del origen, antiguedades, calidad, y sucesion de la excelentissima casa de Sarmiento de Villamayor*, fol. 32. & 33."

The text 561-64 gives the exact date of the Founder's death, viz.: Friday the fifth of November A.D. 1176. The MS. has furthermore, from time to time, some annotations done in the sixteenth century which throw light on the man and the use this book was put to at his convent. They are as follows:

Fol. Ro. topp. Vida de el Sr. Diego martinez salbador | fundador. de Beneuiuere, llamado el santo (flourish). | Righthand margin, and partially injured by abrasion not to mention the binder's clipping: El Señor D(ie) | go Martinez Sal | udor | murio Era | 1214. quitan | se 38 años y | quedan de (la) | quenta | 1176 este | año fue el | qu e murio | el Fundador. Foot of the page by the first scribe: murio el sr. diego martinez salbador deelsobrado | (de) | Va. (i. e. Villa) mayor fundador de Beneuiuere llamado (el santo) | Conde de la Bureba encastilla año de (1176) | uiernes en las nonas de nobienbre en (siendo) | Abbad Pascosio y Fernando | entola ..... | el Rey D alfonso el 8o esto entero ..... | su conuento de Beneuiuerenlacapilla ..... | y capitulo de S migueL

In the lefthand margin opposite Conde and uiernes: y so | brado. Fol. 2 Ro. opposite l. 66: Afonsus 8, Fol. 14 Ro. foot: aqui acaba Lauida de diego martynez fundador de BeneViuere | llamado el santo fue tmbien gran. Fol. 19 Vo. finis de la uida de nuestro fundador de BeneViuere Diego | martinez el noble caba | llero y gran maestre de la orden de caballe | ria de santiago y sus establecimientos (y an-) | tiguos *confentos*. All these notes are by the scribe of the entry at the top of fol. 1. Foot of fol. 19 Vo. (probatio penitae) se ningun pueblo.

An entirely different hand, but likewise s. XVI, has added, fol. 8 Vo. opposite l. 422: (confir)mat Papa. Fol. 9 Ro. opposite l. 456: (f)undatorem.; opposite 461: Amonitio. Fol. 9 Vo. opposite l. 483: Notatu digna. Fol. 13 Ro. opposite ll. 663-65, Viene el Rey | auisitar ycon | solar asuntos. Fol. 13 Vo. opposite ll. 673-74: y Propio | cantar ypre; and opposite ll. 690-91: Viene ElRey | auisitar ycon | solar asunto.

As regards the MS. itself, it has already been noted as dating from the XIIIth Century: furthermore it is not an autograph but a first hand copy from an archetype in Visigothic characters assignable to about 1180 or the years immediately succeeding the demise of the Fundador. Observe the following significant errors: l. 218, *ferax* has been corrected from *ferux*, and at 650 *relauxantur* has been changed to *relaxantur*, both cases due to the very easy confusion of *a* and *u* in the old National hand of the Iberian Peninsula. Likewise the original error of *deferit* corrected to *deserit* implies a resemblance of *r* and *s*, another well known peculiarity of the Visigothic script. As is well understood, this hand dies out in most of Spain and Portugal by at least the middle of the XIIth C., but may survive in the products of the Northwest provinces till about 1175-80 in books and (in some places) later in charts. This survival of a *book* in the old National hand of Spain is mute yet eloquent testimony to the reverence in which D. Diego was held.

Some orthographic peculiarities of the MS.: double *c* in *paucca* etc., 137, 143, 170, 369, 460, 493. Prothetic *e* 220 and 293. *Sc* for *c* 33, 550: *d* incorrectly doubled 91, 132, *h* erroneously employed, 69, 133.

*Palaeographical edition from a photographic facsimile<sup>1</sup>*

Fol. I.

- In dextera largus. in uerbo uerus. in ore  
 Simplex. in mente religiosus erat  
 Mores seruauit. uirtus innata benignos.  
 Nec didicit titulis ebrius esse suis  
 5 Sors sibi non peperit per dona sophistica fastuM.  
 Nam cognouit eam dando referre datum  
 Dictus erat didacus. quasi dans decus. aut quia diues!  
 Dapsilis. 7 custos religionis erat  
 Expositiuia sui fuit nominis. illum.  
 10 Cunctis testatur fama dedisse decus  
 Non fuit obsequio pigra gratia. set magis illi!  
 Quam sua mens peteret officiosa fuit  
 Blandus in excelsis stabat. quasi stratus in imis  
 Sors non mouit eum prospera. siue grauis  
 15 Marte ferox. sensu prediuies. stirpe serenus.  
 Mente bonus. placidus moribus. ore pius  
 In terra celestis erat. terreque relegans!  
 Delicias. terris ut peregrinus erat  
 Non habuit tellus mentem. que corpus habebat.  
 20 Hospes erat mundi. compatriota dei  
 Cur in laude moror. laudem laudabilis iste  
 Excessit meritis. laus mea nulla sibi  
 NVlli prosperitas manet integra. prosperitatem  
 Siquis habet. leuiter prosperitate caret  
 25 Seua nouercatur mors omnibus. omnia turbat.  
 Omnia consumit. omnia dente uorat  
 Gaudia compensat lacrimis. 7 comoda dampnis.  
 Fortia nutare.<sup>2</sup> sana dolere facit

Fol. I. Vo.

- Vite metat(i)s fit semper auara beatis.  
 30 Prodigia fit miseris. nec miseretur eis  
 Inuidet claris. facit argumenta sophistis  
 Cunctis concludit. nemo repugnat ei  
 Castellę sepelit piscea sub nube nitorem  
 Atque sui solis lumine priuat eam

<sup>1</sup> Italics indicate abbreviations completed, parentheses enclose corrections in the MS., while brackets contain the editor's emendations.

<sup>2</sup> Corr. from nuptare.

- 35 Principe flet uidua. non principe *set pater*. princeps!  
*Iustici(a)e<sup>3</sup>* fuerat. *et* pietate pater  
 Cernere mors gaudet lacrimas, audire querelas,  
 Nilque doloris habet. dum fit ubique dolor  
 Preda grauis sibi grata. magis. *quia cuncta grauare!*
- 40 Nititur. atque studet publica dampna dare  
 Patria cum patre. cum preside iura. benigna!  
*Cum iusto*. regna rege cadente cadunt  
 Non patitur lugere suos diuina colonos.  
 Gratia. que grato principe ditat eos
- 45<sup>4</sup> Sanctius est dictus quasi *santus*. *sancta*que seruans,  
 Qui *sanc*tis inhiat. sanctior esse studens  
*QVID referam laudes. laudatur cum patre natus*  
 Et natum perhibent que[m] libet esse patrem  
 Natus patrissat. *patrisque* resuscitat acta.
- 50 Spernit quod spreuit. et quod amauit amat  
 Patria cum nato. patrem putat esse renatum  
 Hoc mens. hoc mores. hoc pia facta probant  
 Plura suo patre perficiens. *patre* plura meretur.  
 Letatur factis. facta preire patris
- 55 Ampliat imperium bello. bellisque quaternis!  
 Bella quater faciens. regna quaterna capit

## Fol. II. R°.

- Qui placuit patri. didacus nato placet illum  
 Consulit in dubijs. que sibi dictat! agit  
 Degener esse patri metuit. nam cui pater ante!
- 60 Gratus erat. natus gratior esse studet  
 Est breuis *omnis* honor. sibi terminat annus honorem.  
 Terminat et uitam. terminus ille suam  
 Dampna sue mortis compensat munere nati  
 Quj post fata patris. regna paterna regit
- 65 Nomen aui retinet. non solum nominis heres!  
 Set morum mores exsuperare studet  
 Languescit splendor candele solis in ortu  
 Laus patris est nati languida laude sui  
 Lucifer ille suum solem precessit hanelus

<sup>3</sup> Corr. from justicie.<sup>4</sup> Large initial S.

- 70 Fugit ad occasum sole micante nouo  
 Rege bono uidua. diues meliore superbit!  
 Terra. facit melior (rex) dampna minora boni (regis)  
*Gratia* larga patri fit nato prodiga. mores!  
 Illius ditat uberiore bono  
 75 Preditat mentem sensus. facundia linguam  
 Preditat species ora. manumque uigor  
 Commodus obsequio. sermone benignus honore  
 Congruus. ore placens. consilioque bonus  
 Promittit lete largitur letius actis!  
 80 Splendidus. horrendus marte. rigore graujs  
 Heret ei didacus. 7 firmus amore tenetur  
 Co[n] siliusque probat. consilioque iuuat  
*Iustus* in e[x]cessu rerum castigat honeste,  
 Mentem ne rapiat fastus iniquus eam

## 2 Vo.

- 85 Nam sibi luxus opum generat fastidia. spernit!  
 Delicias. spernit gaudia. spernit opes  
*Iam* piger est regis tractare negotia. mundi!  
 Se dolet errorem sustinuisse diu  
 Vicini ledunt egri contagia sanum.  
 90 Sepe malus socium dedocet esse bonum  
 Ergo ne reddeat ad blandim [en]ta bonorum!  
 Exule(a)t a rerum culmine. spretor opum  
 Pauperat ut sese locupletet. seruit ut inde!  
 Imperet. ut iuuat: abstinet ille cibis  
 95 A mundi penitus curis absoluitur. una!  
 De curis remanet cura. set illa dei  
 Forcius exurgit rerum breuitate uoluntas!  
 In minimis christo plenius ille uacat  
 Mentem cura terit. azimant ieunia corpus  
 100 Insipidusque suo plus sapit ore cibus  
 Delicias tenere castigant hec tria carnis.  
 Vita grauis. uestis aspera. cura uigil  
 Sic celo floret qui mundo marcat. amorem  
 Mundi postponit totus amore dei  
 105 Plurima nascuntur de grani semine grana.  
 Sic bona plura parit. ex bonitate bonus  
 Iste boni lampas uite spendore serenat!  
 His iter. ad uitam quos uia recta uocat.  
 Vult eterna sui monumenta relinquere terris!

- 110 Exemplumque dare. per sua facta boni  
 Famosi iactura loci sibi cognita mentem  
 Concitat.  $\gamma$  refici postulat eius ope
- 3 R<sup>o</sup>.  
 TVrba<sup>5</sup> benignorum fuit olim ualle benigna.  
 Dumque bonos habuit floruit illa bonis
- 115 Sunt bona lapsa sibi numero labente bonorum.  
 Hospita facta malis transit ad omne malum  
 Que modo munda fuit. fit sordida. que modo clara  
 Fit nigra. que sana nunc erat. egra iacet  
 Successit facinus pietati. crimen honori.
- 120 Fraus fidei paci prelia. praua bonis  
 QVI timidis securus erat locus iste. timendus  
 Nunc est securis. profuit. ecce nocet  
 Quem coluere sacri. colit execrabilis. errat!  
 Hic latro. pollutus sanguine cede nocens
- 125 Hic homines mactat furor infernalibus. agnos  
 Quo mactare solet turba benigna deo  
 Orba bono uallis sine iure benigna uocatur  
 Plena malis dici. iura maligna potest  
 Destinat hec didacus sibi da[m]pna repellere. uotum:
- 130 Prom[p]tius exequitur officiosa manus  
 Predonum rabies excluditur. exulat ensis  
 Pristina forma loco pristina fama reddit  
 Religionis opes uirtute resuscitat. hornat!  
 Quantum paupertas sustinet egra: locum
- 135 Firmior est regis libertas facta fauore  
 Carta sigillatur uerba fauores habens  
 Quosdam set paticos. sibi federet equa uoluntas.  
 Quos doctrinali uoce magister alit  
 Exiguo contenta cibo. toleratur egestas.
- 140 Corda deus pascit ex(s)uriente gula

## 3 Vo.

- Sepe famem radice leuant. radicibus herent  
 Rodunt radices. nec meliora rogant  
 Ditatur paucis pacienza paucca requirens  
 In paucis fortis. se pacienter habent
- 145 O stabilis didaci constancia. uita modesta  
 Mens fortis. sancta gloria. purus amor

<sup>5</sup> Large initial T.

- Carnis contemptor. anime famulatur. eamque,  
 Conatur meritis adsociare deo  
 In casu positos. docet ille resurgere muros  
 150 Templa renascuntur. redditur ara deo  
 Nulla retardat eum torporis inertia. penam!  
 Non refugit. pene fert mala. pena iuuat  
 Sole redit redeunte labor. uix sole laborem!  
 Terminat occiduo. raro quiete manet  
 155 Pro lecto se crate locat. reparatque soporis  
 Obsequio. uarijs robora fracta malis.  
 Vestibus irsutis carnique nocentibus. artus!  
 Induit. hos uestis asperitate terit  
 Quemlibet offendunt misere dispendia uite  
 160 Dum sibi dona parant. dona parata fugit  
 Lucratur uiictum sibi pena. docetque futuros  
 Euitare cibos absque labore datos  
 Omnibus exponit que possidet. omnibus offert  
 Sic iubet ut socijs possideantur opes  
 165 Ampliat omne bonum. su[m]mus largitor alumpno  
 Donaque restituit uberiore bono  
 Tanta fit illustri spacio sibi copia rerum!  
 Quod miseros (ras. i litt.) omnes sufficienter alit

Fol. 4. R<sup>o</sup>.

- Plura uidens superesse parat dare pluribus illa  
 170 Plura licet teneat. paucca tenere iuuat  
 Consultit ergo suos fratres blandoque fauorem  
 In petrat alloquio. cognita uota placent  
 Paupertatis amor. rerum condempnat amorem!  
 Cuj satis est modicum nil sibi plura ualent  
 175 Cur fugit ullus opes. si postea diligit illas  
 Euomit atque canis more reiecta uorat  
 Esse<sup>6</sup> cauens talis didacus. talique sodales!  
 Peste tra[h]i nolens diligit esse miser  
 Nam uicina sibi fuerat bona uallis. ad illam!  
 180 Se facilis transfert. uota replere studens  
 Cui datus abbatis honor est quam uexat honoris!  
 Pondus. Willermo supplicat. orat opem  
 Annuit abbatis didaco clemencia. suplex!  
 Oranti. iustas cum uidet esse preces

<sup>6</sup>Large initial E.

- 185 Ergo suis recitat secretum *fratribus*. omnes !  
 Pro prietate stupent. 7 pia uota probant  
 Non caret assensu tam iusta peticio iusti  
 Conuentus *fratrum* traditur. ergo reddit  
 His loca comitit. *cum* fertilitate locorum  
 190 Inquiritque nouum *fratribus* ipse locum  
 Tola<sup>7</sup> locus breuis est. quem nomine iacobus hospes !  
 Intitulat. locus hic arta sacella tenet  
 Eligitur dadaco locus iste. sibique uidetur  
 Gratus. nam minimum gratuitatis habet  
 195 In paupertatis pena sibi gloria crescit  
 Sustinet ille malum letus. 7 absque malo

## 4 Vo.

- Est sibi potus aqua. uictus faba. lanea uestis  
*Fenum* puluinar. *uirgaque* texta thorus,  
 Pena diurna grauis. sibi nox est parca soporis.  
 200 Et sic pene labor. continuatur ei  
*Fama* uiri leuibus se circumfuderat alis.  
*Finitimisque* uiri *predicat* acta locis  
*Poncius* illustris comes 7 st[e]phania marita !  
 Vicini gaudent de bonitate uiri,  
 205 Ambo pij. sunt ambo sacri. sunt religiosi  
*Vnde placet* poncius religiosus eis  
 Sepe<sup>8</sup> uirum temptant prece uincere. sepe fatigant,  
*Vtque* locum mutent. pro meliore rogant  
 Hinc genus hinc pietas. comendat uerba rogantium.  
 210 Compellunt precibus. ista fauere uirum  
 Ergo locum subit ille nouum quem rustica lingua !  
 Dicit sotnoual. quem situs ipse probat.  
 Planicies diffundit humum quam fertilis herba  
 Vestit. quam florum pingit odorus honor,  
 215 Laciūs arbor ibi diffundit in aere ramos  
 Fructus larga potest uix tolerare suos  
 Hic ulmo uitis solidis complexibus heret  
 Atque feraūx sterilem. fructificare docet  
 Luxuriat riguis genus omne leguminis ortis  
 220 Hic folijs latis espaciatur olus  
 Flumina concurrunt. et se per pascua fundunt.  
 Roreque fecundant uberiore locum.

<sup>7</sup> Large initial T.<sup>8</sup> Large initial S.

Felix prosperitas comitis. qui prosperitate  
In proprio fundo dat tria templa deo

Fol. 5 Ro.

- 225 *Gratia quo didaco semper se plenius offert!*  
His bona cuncta locis ac cumulare studet  
Pauperie fugiente dolet. *quam copia rerum!*  
Expulit 7 pauper ut prius esse cupit  
Perficitur lustrum didaco loca plena tenente.  
230 *Iamque negat spacium multiplicare more*  
Ergo recessurus fratres consultat. 7 illos!  
Agnoscit penitus in sua uota datos  
Ad<sup>o</sup> loca se transfert. que gens contermina dicit  
Petri de spina. grex sacer illa colit  
235 *Aggregat hic bona prosperitas. blanditur amico*  
Risu fortuna non inimica loco  
Res dignos habet heredes. *quia plurima plures*  
Largos pre larga. liberiorque pares  
Est templi decor immodicus. dispensat in eius!  
240 *Sumptum thesauros religiosa manus.*  
Non sapit ipocrisim. mens sancte consona uite.  
Est malus ipocrita mente set ore pius  
Cui labor est templo uoci sunt ocia<sup>10</sup> clau stro.  
Set requiem refugit mens. in utroque loco  
245 *Carnibus absumptis cutis ossibus heret. amicis.*  
Pesnudus. crinis est breuis. alba toga.  
Sunt per multimodos soliti sudare labores  
Rara sibi transit absque labore (ras. 1 litt.) dies  
Vel feno p—ratum. uel messibus arua. uel uuis!  
250 *Orbant uineta. tot capit illa domus*  
Curarum labor excessus castigat agentum  
Luxurie remouet pena recepta malum

5 Vo.

- Notificat sua fama locum. fit splendi[d]a (ras. 3 litt.) *fratrum*  
Religio. minor est fama canora bono  
255 *Audita didacus fratrum pietate.<sup>11</sup> petendum*  
Hunc sibi cognouit gratius esse locum  
*Fratribus accipitur quasi frater eique ministrant!*

<sup>9</sup> Large initial A.

<sup>10</sup> Corr. from ociosa.

<sup>11</sup> Pietate repeated and cancelled.

- Vt serui. ponunt plurima. pauca capit  
 Ille suo licet acceleret. piger esse uidetur  
 260 Proposito. nimium fit breue tempus ei  
*Fratribus adiunctis. abbate sedente. resurgit*  
*Voceque dulcissona uerba benigna parit*  
*Cum iustum petitur decet exaudire petentes.*  
*Vos mihi si iustum quero fauere decet*  
 265 Instimulare pios pietas iubet. ergo piorum  
*Conuentus faueat si sibi quero pium*  
*Res minimas mihi cura dei studiumque laboris*  
*Produxit. set plus. quam labor: ipse deus.*  
*Plurima res plures heredes postulat. in re!*  
 270 Inmodica. plures insimul esse decet  
*A uobis petit heredes cui deficit heres*  
*Hinc monachi dentur. hinc prior hincque pater.*  
*Annuit huic fratrum communio sancta petenti!*  
*Conuentum. fratres ergo sequuntur eum*  
 275 Prouidus abbatem statuit. cui dona locorum  
*Liberat. et cuiquam ferre tributa uetat*  
*His ita dispositis. cum fratibus exulat. aptum*  
*Carrioni iunctum respicit esse locum<sup>12</sup>*  
*Strata uiatorum gressu contrita frequenti*  
 280 Hinc abit ad templum iacobe sancte tuum

## 6 Ro.

- Estimo quod didaci fuit hec intentio. gratum!  
*Cum plures ueniant. pluribus esse locum.*  
*Et merito locus hic. benjuere nomen haberet*  
*Omnibus officium. posse suo tribu(e)ns*  
 285 Hic siciens potum. iejunus prandia. fessus  
*Hospicium. uestis munera nudus habet.*  
*Hic medicum Iesus. hic inuenit hostis amicum*  
*Ad sua quisque uenit. 7 capit inde suum*  
*Tot prodest domus una bonis. tot plena bonorum.*  
 290 Jure datur tanto copia tanta uiro  
*Religionis<sup>13</sup> odor. pietatis dulcor honoris*  
*[E]Splendor. uirtus feruor. honestus amor.*  
*Vox humili. sincera fides. faciesque benigna!*  
*Hec fiunt didaci. pignora certa boni*

<sup>12</sup>This line enclosed between lines.<sup>13</sup>Large initial R.

- 295 *Furantur multos fidei preconia mundo*  
*Quos uir lucratur per sua uerba deo*  
*Diuersis di(c)tat diuersa negotia. clerum!*  
*Intus cura tenet officiosa deo*  
*Nocte deo uigilant. diuinis laudibus instant*  
300 *Se minima nocte(j)s parte sopore fouent*  
*Que recitant templo precontant singula claustro.*  
*Sic labor inmodicus est in utroque loco*  
*In uarijs rebus laicorum turba laborat*  
*Et motus animi multa ferendo domat*  
305 *Liuor in omne bonum grauiter conspirat. honorem!*  
*Dedecorat. fedat splendida. sacra terit*  
*INsidias<sup>14</sup> metuens didacus liuoris aceras*  
*Predonumque manus. rem solidare parat*

6 Vo.

- Ergo petit licet atritus languore coronam.  
310 *Scilicet egregium religione locum*  
*Sancta reuelatur humili sermone uoluntas*  
*Set steriles fructum non habuere preces*  
*Sic labor in primis fuit irritus. ergo secundo*  
*Impetrare studet multiplicando preces*  
315 *Maiestate loci firmare locum petit actor*  
*Vult hujus fratres ordinis esse suos*  
*Esse uidetur eis iterata peticio firma*  
*Ergo fauor precibus subditur absque mora*  
*Omnes mirantur quod eos rogat ille rogandus.*  
320 *Tantum letantur se meruisse decus*  
*Dantur ei fratres sancti documenta daturi!*  
*Ordinis. oblatis gratibus ille credit*  
*Hinc prior exrahitur quem ditat gratia sensus.*  
*Cura benigna. grauis vita. pudica caro*  
325 *Ordinis exponit legem. fratresque sequntur*  
*Quedam mutantur. ut petit ipse locus*  
*Regula signatur. scripto discernitur eius*  
*Vlcio. si temere. fregerit ullus eam*  
*Ordine dictato dictata lege refertur*  
330 *Cum socijs primis ad loca prima prior*  
*Nescit<sup>15</sup> sub modio sepeliri flama lucerne*  
*Nescit honestatis fama latere sacrae*

<sup>14</sup> Large initial I.<sup>15</sup> Large initial N.

Predicat actorem sua gratia. splendet in orbe!

Laus didaci. quamuis laude carere uelit

335 Gaudet honore sui rex aldefonsus amici

Gaudet eum tantus conualuisse bonis

7 Ro.

Argumenta sacre sunt facta sacerrima mentis

Fructibus est arbor queque probata suis

Rex placidum comendat opus. gratosque paratus

340 Offert plura. quibus perficiatur opus

Hunc facit heredem multorum nam sine multo

Grata domus multis non ualet esse bono

Sjliferos montes. uestitaque gramina prata

Datque molendinos redditus unde datur

345 In minimis sudare studens minus optat habere!

Magna. tamen magno magna labore facit

Non monet ut faciant fratres. set eos faciendo!

Cogit. nam primum cogitur ipse malo

I ure monet qui primus agit quod dictat agendum

350 Serui cum domino queque libenter agunt

Ne sit sanctorum manus irrita. ne sine fructu!

Pena lucri pensat fenore christus opus

Plures expendunt paucorum lucra. laborant!

Pluribus. 7 plures plura f(o)endo fouent

355 Sustinet assidue domus officiosa trecentos

Subtrahit 7 reddit quelibet hora nouos

Legitimo panis datur hic libramine. sola

Migranti. reliquis est data libra duplex

Quos tenet in lecto constricto compede morbus!

360 Ponitur his quod amat deliciosa fames

His ter in ebdomada dat regula carnibus uti

Pisces aut reliquis oua diebus habent

Vtile metitur opus actor. et amplior illi

Cura boni fertur cum bona facta uidet

7 Vo.

365 Quemque probat facti perfectio. nemo probatur!

Ex merito donec perficiatur opus

Prouida metitur rerum sapientia finem

Facta nisi fuerint integra laude carent

Paucca<sup>16</sup> uidens restare suis uir prouidus actis

<sup>16</sup> Large initial P.

- 370 Ne quicquam restet. addere pauca cupit  
 Ad cepti. properat finem. finire laborat  
 Quod cepit. ceptum nit sine fine iuuat  
 Hec igitur fratrum recipit comunia uerba  
 Nam nisi quisque probet nil sua facta probat
- 375 O fratres quos norma deo peperisse fatetur  
 Vos quasi priuignos uictricus orbis habet  
 Vos iunxit mihi uera fides. pietate sodales.  
 Obsequio fratres. religione pares  
 Vnio uotorum nos unit. nec decet unum
- 380 Quicquam uelle. nisi cetera turba uelit  
 In uobis ego sum: uos in me que uolo uultis  
 Que facio facitis. que dare (ras. 4 litt.) curo datis  
 Bona relegastis mundi maiora sequi  
 Hic fauus est. ibi (mundo) fel. hic amor hicque dolus
- 385 Prefertis paleis granum. certissima falsis  
 Firma uagis. nigros candida. grata malis  
 Fructificet celo plantatio uestra. feratur  
 Ad celum mentis fructificantis odor  
 Quo pastoris abest protectio. sepius instat
- 390 Predo gregem uiduum preside. sepe uorat  
 Pastor oues nutrit defendit ab hoste uagantes!  
 Castigat. uigilat nocte. luposque fugat

8 Ro.

- Vos mihi pastores. uobisque fui quasi pastor  
 Actenus. in nobis floruit (ras. 1 litt.) equus honor<sup>17</sup>
- 395 Intonat hec fratrum responsio. publica. frater  
 Qu(e)re bonum nobis. tu bene quemque uides  
 In uotis sunt nostra tuis. circumspice dignum!  
 Et qui dignus erit preficiamus eum  
 In nullis gaudet fratres reperire rebelles
- 400 Set sibi si dicit ulla placere placent  
 Totus in aspectu mientis. per singula fertur  
 Singula conlibrat. singula mente notat  
 In meritis maior. in sensu maximus esse  
 Apparet. minimus corpore. stirpe minor
- 405 Eligit hunc didacus. paret concordia fratrum  
 Laus christo fertur nomen honoris ei  
 Quem preponit honor. pia cura minoribus equat  
 Et saluo decore quod fuit ante manet.  
 De minimo magnus factus de paupere diues

<sup>17</sup> After this line a cross.

- 410 Et modo subiectus culmen honoris habet  
 Sic didacum sua facta probant per cuncta probandum  
 Qui tulit abbatis primus habere iugum.  
 Ne<sup>18</sup> grauis infirmet occasio facta. laborat!  
 Posse relegare quicquid obesse potest  
 415 Sumi pontificis opus hoc inmune fauoris!  
 Ne foret assensum captat habere suum  
 Ergo quibus fuerat opus infirmare potestas!  
 Auxiliatores imperat esse suos  
 Hic prodesse student qui posse nocere uidentur  
 420 Vir prius ex ipsis scripta fauoris habet

## 8 Vo.

- Curia consentit precibus romana duorum.  
 Confirmatque suo papa fauore locum.  
 Ista palentinus. legionensisque sacrato!  
 Pontfices precibus promeruere loco  
 425 Ne cadat in uanum uox pape uerba sigillo!  
 Signatur. sic est libera facta domus  
 Nulli subicitur cunctis subiecta. tributa!  
 Nulla dat. 7 quiuis inde tributa capit  
 Subdita pauperibus nescit seruire iubenti  
 430 Nescit se iussu flectere. flexa. prece  
 Hinc nichil extorquet manus exactors iniqua  
 Impetrat hic quisquis supplice uoce rogat  
 Proposito didacus patrato gaudet 7 actu!  
 Consumatiua non eguisse manu  
 435 Post mala mendicat. homo blandimenta quietis  
 Ieiunusque diu uult alimenta cibi  
 Pauper opes. iesus medicinam. gaudia tristis  
 Debilis exoptat robora magna breuis  
 Iam didaco sua uita parit fastidia. captat!  
 440 Iam satur in terris hic alimenta poli  
 Celestes mendicat opes. mendicus in orbe.  
 Et requiem celi fessus in orbe cupit  
 Inmodici tormenta mali tenuisque ciborum  
 Vsus. mole grauij languida membra premunt  
 445 Pregrauat hunc morbus. torpor grauis alliga artus  
 Pes renuji gressum. nit agit egra manus  
 Languidus exultat. iam gaudia celica spet  
 Proxima spe uite tempora mortis amat

<sup>18</sup> Large initial N.

9 Ro.

- Compatitur fratri fratrum comunio. morbo  
 450 Quisque dolet. confert gaudia morbus ei  
 Est merito letus qui premia scit meritorum.  
 Prom[pt]a sibi. non est mors metuenda bonis  
 Dampna breuis uite solatur uita futura  
 Hec breue fert dampnum multa dat illa lucra  
 455 Abbas<sup>18a</sup> canonicum. natum. pater. imo parentem  
 Natus consultat. hunc quasi natus amat  
 Quid sibi. quid socijs sit agendum postulat. eius!  
 Consilijs agere semper. agenda studens  
 Quamuis sit tenuis sibi uox. 7 parca loquendi  
 460 Paucca tamen socijs nititur ille loqui  
 Cernite quid sit homo. quid corpus. quid sua uita.  
 Vili homo. corpus debile. uita breuis  
 Quid sit homo nescit. qui uitam diligit. hore  
 Momento. quiuis adnichilatur homo  
 465 Quid sit homo noscit. qui uitam spernit. 7 orbis  
 Diuicias. transit gloria. diues obit  
 De nichilo factus. cito fit nichil. 7 quasi numquam.  
 Extiterit. penitus labitur ipse suis  
 Par homo candele. prebet candela nitorem  
 470 Set minimus uentus. lumine priuat eam  
 Hic nichil eternum. nichil est durabile. quamuis!  
 Decipiunt agiles. dum cupiuntur opes.  
 Hec uite breuitas est cuique probatio. quisquis!  
 Spernet eam. celo uiuere dignus erit  
 475 Aut emit. aut demit. hic hic uitam uita futuram.  
 Hanc emit accepta. noxia demit eam

9 Vo.

- Vita quidem fallax. 7 uite terminus. horam!  
 Mor[s] habet incertam. morsque repente uenit  
 Nulla super lapidem bene crescunt semina. nec uox!  
 480 Surdorum corde. fructificare potest  
 Interimetque meas uoces intentio uestris  
 Auribus. ut uobis fructificare queam  
 Sit pietas uobis. sit amor. sit norma. sit ordo,  
 Sit stabilis uirtus. mens bona. recta fides  
 485 Viuite set caste. disponite res. set honeste  
 Cernite cui detis. nec nisi danda date.

<sup>18a</sup> Large initial A.

- Nudos induite. ieunos pascite. flentes !  
 Mulcete. infirmos ferte. iuuate pigros  
 Sufficiat uobis possessio uestra. cauete !  
 490 Luxum. prohice uana. tenete modum  
 Vita sit exemplar pietatis. uosque probate  
 Actis. non uerbis. quelibet acta probent  
 Paucca sibi teneat. alijs det plurima uestra  
 Simplicitas. dare plus. *quam* retinere decet  
 495 Vestra sit in *christo* totalis gloria *christum* !  
 Commoditas uobis religionis emat  
 Est leuis est fragilis. est fallax gloria mundi  
 Durat in eternum gloria sola dei  
 Vos plusquam uiuus moneo prodesse sepultis,  
 500 Cum sit mortalis quisque sepultus erit  
 Ergo tricene[a]rium statuat comunio uestra  
 Hecque sepulchorum turba tributa ferat  
 Verba recessurus. hec uobis desero. uestram !  
 His studeo uerbis. consolidare fidem.

## 10 Ro.

- 505 Mortem preuideo. iam mortis agone labore  
*Set quamuis moriar parte superstes ero*  
 Pro me uiuetis. sic uiuere me facietis  
 Sic uiuam parte ! pars nequit ista mori  
 Duce*t* in eternum uitam successio fratrib*um*  
 510 Consimilesque mihi. tempora longa dabunt  
 Hec habeo mortis solata. glori*or* isto  
 Vobiscum moriens. uiuere posse modo !  
 Saluo patre precor. 7 saluis fratrib*us* ista !  
 Priuari uita. restituique noua  
 515 Exaudit<sup>19</sup> diuina preces clementia seruj  
 Hunc uocat ad celos ille uocatus abit.  
*Fratribus* exoritur de morte molestia fratr*is*  
 Qui quasi pastor erat et quasi frater eis.  
 Exequias celebrant. ca(n)tatur missa. sepulcrum !  
 520 Corpus habet. gaudet spiritus ante deum  
 Argumenta deus noua dans in funere seruj !  
 Nos docet. hunc celi participare bonis.  
 Nam qua constituit mendicos ueste iuuari !  
 A tulit ipsa dies tempora mortis ei

<sup>19</sup> Large initial E.

- 525 Que meruisse probat sibi lux commercia reddit!  
 Ille bonis moriens ad bona summa uenit  
 Patre miser, tristis solamine, preside Iesus  
 Consilio dubius, indiget eger ope.  
 Fulgurat in celis, qui perdit in orbe nitorem.  
 530 Fratres lugentes, fratre carere dolent.  
 Felix [uita] uiri, qui uite tempore, templa  
 Trina, dedit trino, per tria lustra deo

10 Bis.<sup>20</sup>

Non sine re debet locus hic benjuere dici!  
 Hic melius languens, hic bene ujuat inops;  
 Hic siciens potum, iejunus prandia sumat;  
 Hic nudum uestis, quantulacumque tegat;  
 V Hic medicu[s] lesum hostemque receptet amicus.  
 Omnis ut omnia sit, omnibus ista domus.  
 [L]egitimo panis, detur libramine, sola!  
 Migranti, reliquis, sit data libra duplex.  
 [Q]uos tenet in lecto constricto compede morbus  
 X Detur eis quod amat deliciosa fames  
 [H]is ter in ebdomada, det regula carnibus utj!  
 Pi[s]ces, aut reliquis, oua diebus eis;

## 11 Ro.

- Comendat uotum uox consentanea fratrum  
 Comendat fratres quem sta[t]uere locum  
 535 Ampliat ardorem fratrum scintilla fauoris  
 Quelibet assensu res alimenta capit  
 Festinant templique modum tellure figurant  
 Largo (ras. i litt.) producta limite fossa patet  
 Sunt<sup>21</sup> semper recitanda boni preconia, uirtus!  
 540 In promptu radios debet habere suos  
 Ad bona co[m]pellunt nocuos, exempla bonorum  
 Ergo decet quoduis enucleare bonum.  
 Quid nitor occultus, probitas sine laude, quid aurum.  
 In latebris prodest? quid sine teste bonum?  
 545 Aquibus excipitur iactantia laudis auara.<sup>22</sup>  
 Pictuarare decet laudis honore bona  
 Prodeat in lucem didaci noua gloria, cuius!

<sup>20</sup> These lines are an appendix to, or rather a variant of, 283-87 and 357-63.

<sup>21</sup> Large initial S.

<sup>22</sup> Dots over iactantia and auara are signa coniunctiva.

- Sedulitas. proprio nescit abesse loco  
 Cernit in errorem fratres procedere. cernit!  
 550 Illos mandatum dediscisse suum  
 Non sinit in cassum labi que iusserat. ipsos  
 Fratres erroris non sinit esse reos  
 Dum nox et noctis sponsus sopor ocia rerum!  
 Producunt. nutrix dum tenet omne quies  
 555 Dum torpor sompni blanditur fratribus. frater!  
 Peruigil in curis. plurima mente rotat  
 Accedit didacus. eiusque cubilia tangit  
 Nil terroris habens set uelut ante. pius  
 Non ignoratur hic fratri. nec frater illi  
 560 Hoc presente. frater exhilaratus. ait  
 O frater potiusque pater. qui patris honore. Natum docuisti  
 Nam *tibi natus* eram. (In a fine hand, one line, at the foot of  
 the page.)

## II Vo.

- Nascitur insecta feria. nonisque nouembris!  
 In celis. terra mortuus astra colit!  
 Vndecies. centum. sex anni. septuaginta!  
 Hic numerus *christi* carnis habendus erat  
 565 Cum datus est terre. bona qui terrena refugit.  
 Et quem post uitam uiuere fama facit.  
 Dum<sup>23</sup> terrenus erat. terram signauerat. ipso!  
 Tollere templa parans nobiliora loco  
 Fata nouercantur gratis. parcuntque malignis.  
 570 Plus licet ingrato uiuere. gratus obit  
 Parce (ras. i litt.): dicuntur. set nolunt parcere. nolunt.  
 Nominis explere significata sui  
 Sunt mala fata bonis. sunt fata benigna malignis.  
 Nil malus hec metuit. sunt metuenda bonis  
 575 Vita bonis breuis est. set prodiga uita malignis.  
 Plus durat gratis spina nocua rosis.  
 Compositurus erat didacus. dictamina mentis.  
 Set mors preueniens irrita uota facit . . .  
 Que sibi non licuit. socijs facienda reliquit.  
 580 Propositi memores. esse rogauit eos.  
 Proposito fratribus. non est mens consona fratrum . . .  
 Dicta probant grata non satis esse loca,

<sup>23</sup> Large initial D.

585     *Eligitur locus alter eis. qui gratior esse  
Creditur. inque bonis fertilis. esse patet  
Qui sine consilio timet euacuare statuta!  
Fratrum cetus. opem consiliumque rogat  
Confluit huc patrie prudentia. quemque locorum  
Metitur. pensat quam. sit uterque bonus.*

## 12 Ro.

590     *Ergo decet regredi ueniamque precando mereri  
Atque uiri iusti. iusta statut sequi.  
Traxit in errorem stolidas transgressio mentes.  
Quod ratio dampnat. nil racionis habet . . .  
Cepta remittantur .cadat actio. uota quiescant.  
Res interdicta non ualet esse rata.  
595 Soluite promissum. didaci patrate statutum.  
Nos labor illius extulit. atque locum.  
Non caret effectu. blande facundia uocis.  
Fructificant uerbi semina. mentis agro  
Templa loco surgunt predicto. clasta columpnis  
600 Tolluntur uarijs. sic opus haurit opes.  
Iam locus ad plenum traducitur omnia plene!  
Comoda plenus habet. munere quemque fouet  
Omnibus illa domus exponitur. omnibus ampla.  
Omnibus omne ferens. omnibus equa manet.  
605 Perpetuum nomen sibi contrahit actor ab actis  
Defunctus uite dona perhennis habet  
Nvnciat<sup>24</sup> occasum didaci. fratrumque dolorem!  
Vnde facit regem fama dolere nocens  
Siccasset lacrimas fratrum gemitusque leuasset!  
610 Set sibi proposito marte remotus erat.  
Hostibus in conca clausis. castrisque locatis  
Astringebat eos obsidione graui  
Vocis opem. sensus lucem. morumque rigorem  
Hec tria rex didaci. mortua .morte dolet  
615 Ne loca turbet predonum turba ueretur  
Neue ferat dampnum preside nuda domus*

12 Vo.<sup>25</sup>

*Vite subductus in uitam duceris. imo,  
Penis non uite: uita fit ista labor . . .  
Pleniū esse facit. tua me presentia letum*

<sup>24</sup> Large initial N.<sup>25</sup> 12 vo. should be followed by 14 vo.

- 620 Votis occurris uotaque plena facis . . .  
 De teneb[er]is dubij me subtrahe. lampade digni!  
 Consilij. mentem dirige queso meam  
 Sollicito fer opem. tristem solare. labentem.  
 Confirma .penam deme. reflecte uagum.
- 625 Clareat et dubium tollat de mente uoluntas!  
 Alleuiet curas cognita cura meas.  
 Est ne nouis discors tua cura paratibus. errant!  
 Fratres. qui minime iussa tenenda tenent?  
 Subicit ista suis didaci responsio uerba.
- 630 Si sequeris que sunt tradita gratus eris.  
 Quid tibi post uitam. bene. quid mihi: fac bene uiues.  
 Dic facienda mihi. iussa tenenda tene  
 Me penitus tua iussa sequi promitto. set edas  
 Quo melius templa constituenda putas . . .
- 635 Propositum didacus primum docet esse tenendum.  
 Post hec uerba fratrem deses(r)it atque locum  
 Impiger. 7 uisis hilaratus surgit. ad illum!  
 Conueniunt fratres. incipit ergo loquij  
 Indico uerbis noua gaudia. gaudeat ergo.
- 640 Vnio conuentus. leta referre paro.  
 Uos gaudere iubet didacus. qui gaudet in astris.  
 Quj sua descripts gaudia nocte mihi . . .  
 Vos sua conqueritur excedere iussa suumque.  
 In uobis uotum non habuisse statum (locum)
- 13 Ro.
- 645 Premitit fomenta sui ieunia. uentres!  
 Euacuat uiires eripit. ora citat . . .  
 Acrior ense fames. teloque nocencior. arma!  
 Non timet. armatis! imperiosa manet  
 Offert se regi uictoria. supplicat hostis
- 650 Claustra relaxantur.<sup>26</sup> opida uictor habet  
 Plus amat armorum lucrum. quam lucra locorum . . .  
 Plurima lucra (a ras.) tur arma. lucrando locum  
 Omnibus accumulat stipendia. sufficit omni  
 Quod recipit. nullus munere plura cupit
- 655 Edicit redditus tuba preuia signa feruntur,  
 In patriam redeunt. plausus ubique datur . . .  
 Plebis in ore sonat laus regis. facta recensat

<sup>26</sup> Corr. from relauxantur.

- Et maiora suis laudibus illa uident  
Nescit amor labi. quem mente sigillat honestas!  
 660 Quid decet *7 gratum est* pulcrius omnis amat  
Post redditum. regi sunt prima negotia. fratreſ!  
Solari. penas alleuiare mali.  
Gaudia fert secum regis presentia. letos!  
Se perhibent regi. set dolor angit eos.  
 665 Rex<sup>26a</sup> non ignorans uultus mendacia leti  
Verbis solamen his sibi ferre cupit  
Cum dampnum mortis sit ineuitabile cunctis!  
Est uanum quemquam pro moriente queri.  
Est nobis generale mori. communio mortis!  
 670 Equales miseros regibus esse facit.  
Mors mihi. mors uobis. mors omnibus inuida! uobis!  
A ustulit auxilium. consiliumque michi

## 13 Vo.

- Ergo iubet peditem subcingi. uerbaque di(c)tat,  
Que uoti fuerant expositua suj . . .  
 675 Hec erat illius intencio ne bona fratrum!  
Corruerent. set se preside tuta forent . . .  
Est data prefectis sententia. quod bona demi!  
Si paciantur. erunt lumina dempta sibi  
Sic fragiles protensa iuuant munimina regis.  
 680 Rex licet amotus nescit abesse suis  
Grande ueretur honus. tenuis uigor. absque uigore!  
Vox mea materie grande ueretur honus  
Non<sup>27</sup> bene mendico resonat laus regis in ore.  
Dissona sunt uoci regia facta méé  
 685 Me tamen in regis transfert presumptio laudes  
Gratibus est dignus qui tribuit quod habet  
Comodus est humili collectus ab arbore fructus . . .  
Voce licet tenui commoda uerba damus  
Rex cuius meritis uictoria semper adheret!  
 690 Non nisi perfecto marte redire solet,  
Edicit uineta iugis. *7* semina campis  
Commiti. messis prouenit. uua tumet  
Quadrantur lapides. quos tollit in acra turris.  
Tectorum struitur ordine uicus ibi.  
 695 A quibus excludunt loca premunita timorem!

<sup>26a</sup> Large initial R.<sup>27</sup> Large initial N.

Bella fame[i]s uictu deficiente timent  
 Sola famis clausis dominatur uiincere. clausos!  
 Sola potest. regem uiincere sola studet  
 Expugnare locum soli datur. unica fortis!  
 700 Debilitat. pingues rodit. obestque probis

## 14 Ro.

- Que iuris iuris. patet esse[uiri] mei iure reguntur,  
 Ad mea iura redit quod fuit ante meum  
 Confiteor uos esse meos. letorque meorum,  
 Hanc sibi particulam constituisse .deum
- 705 Vos non dico meos quasi princeps. set quasi custos  
 Vos custodire. non remouere paro  
 Prode[r]o plus didaco. quia plus pr[o]desse licebit  
 Nam quodcumque datur me sibi dante dedit  
 Ame .dona tulit. quotiens sibi dona petiuit
- 710 Dicia sunt donis. hec loca facta meis  
 Quid moror in uerbis: nil uerba ualent sine factis,  
 Se debet factis quisque probare suis  
 Plurima donat eis. minor est promissio donis.  
 Redditus augetur comoditate maris.
- 715 Plena bonis sub patre bono. patre sub meliore!  
 Fit melior. recipit dum meliora domus.  
 Cum grauet expensis loca cetera religionis.  
 His penitus uitat gratius esse locis.  
 Vtilis aduentu loca sepius ista reuosit.
- 720 Plurima largitur. set nichil inde capit  
 Sit felix per quem loca sunt felicia. sit rex  
 Ille diu. blande qui sua regna regit . . .  
 Qui uita prodest. est dignus uiuere. uiuat  
 Rex longum. cuius comoda uita patet
- 725 Sit locus eternus. bona sint eterna locorum.  
 Permaneant sancti. qui loca sancta colunt.  
 Quam meruit terris. didaco sit gloria celis.  
 Cum christo uiuat. cui pia uita fuit Explicit.  
 (Cursive s. XVI) aqui acaba la uida de diego marty  
 nez fundador de Beneviuere  
 llamado el santo fue tanbien gran<sup>28</sup>

<sup>28</sup> Remainder cut off by binder's knife: the text must have added "maestre de la orden de caballeria de santiago". See last page of the complete text.

14 Vo.

- A misit pius exemplar. speculumque benignus.  
730 Tristis solamen consiliumque reus  
*Cum* blando blandus. pauper cum paupere. letus!  
*Cum* leto. sapiens cum sapiente fuit.  
Frena dabat uicijs. pietate timendus iniquis.  
Calcar erat pigris. reticulumque uagis.  
735 Palpabat miseros. culpabat uoce superbos.  
Deque malis studuit mundificare malos  
Mors nostris hilarata malis cū substulit illum!  
Dampna tulit uobis! plurima. multa mihi  
Non fuit huic precio polluta loquutio. fraudes!  
740 Munificas spreuit. iuris amauit opes,  
Sic mors cuncta rapit. sic ledit cuncta rapinis,  
Post didaci raptum. sic rapiemur ei  
Ne mala sutineat. domus hec mendica patrono!  
Orba suo. saluo patre patronus ero.  
745 Defunti redimet mea cura uicaria dampnum  
Preside me. cumulus non minuetur opum  
Libera sub didaco. plus libertatis habebit  
Et sub maiori preside maior erit.  
Plus erit illa potens. quia nostra potentia maior  
750 Fures proscribam corripiamque malos  
Me faciam uobis didacum. didacique recepto!  
Officio. didaco non minus aptus ero  
Vester ero. uestri custodia. uestra fouebo  
Vt didaco uestrum cuique benignus ero  
755 Me tria lucrantur uobis loca subdita iuri  
Compositoris amor. religionis honor

JOHN M. BURNAM.

UNIVERSITY OF CINCINNATI.